recognoscentis, scribere nescientis, subscriptam, in omnibus eius-
dem scripti conditionibus, punctis, clausulis, articulis, vadio, ligamentis,
ac nexibus generaliter universis, firmiter tenere, complere et exe-
qui, ac inviolabiliter observare, omnibusque et singulis eiusdem scripti
contentis, totiesquoties opus fuerit satisfacere, praefatum scriptum
ad inscriptionem praesentem, et inscriptionem praesentem ad dictum
scriptum iussim in toto referendo, seque sub vadio centum mar-
carum pecuniae polon. per eundem recognoscentem Nobilem Nicolaum Zocin-
sky, sive eius successores, praenominato [illegible] Minorki, aut eius poste-
ris ob non completionem per ipsum contentorum scripti praefati, tam
in parte quam in toto, totiesquoties opus fuerit, absolvendum succum-
bendo. Pro quo quidem vadio modo praemisso absolvendo succum-
ac more aliqua principali ex contentis scripti praedicti non comple-
ta complenda, citatus existens memoratus recognoscens Nobilis Ni-
colaus Zocinski, sive eius successores, ad instantiam [illegible]
Minorki, sive eius Posterorum, ad officium praesens Castren. Capitan.
Premislien., sive etiam Castren. Capitan. Leopolien., extunc recenti
suprascripti, quo ad respondendum spectat mediante, semper in
primo citationis termino, tanquam peremptorio, stare, iuri parere, respon-
dere, vadium praetactum luere, inscriptioni huic satisfacere, ac omne iudi-
catum pati debebit et tenebitur, seque ac suos successores ad eadem omnia
obligat, eundem terminum primum peremptorium et alios omnes con-
sequentes causae eiusdem terminos, semper peremptorios, [illegible]
[illegible], pro maiori [illegible], successorum legum, intra vel extra
Regnum, servitiis militaribus ad Munimento, ad Exercitum vel aliis qui-
buscunque dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, ac nec
[illegible] ultra proximos terminos officii praefati Castren. Premislien.
Dilationem

dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones, appellationes, [illegible]
exceptiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus, vel dupli-
catis, evasionibus, suspensionibus, fatalibus, iuris processu terrestri,
bello conventione, tum aliis quibuscunque iuris remediis ac defensis
non subterfugiendo. Hac sua personali recognitione praemissa [illegible] mediante.

Bilinski Consorti suae Reformat.

Comparens personaliter coram officio actisque praesentibus Castren. Capi-
tan. Premislien. Nobilis Steczko Bilinski [illegible], sanus men-
te et corpore existens, a terris districtibus iuribus iurisdictionibusque
suis quibusvis propriis et competen. recedendo, praesenti iuris-
dictioni Castren. Capitan. Premislien. quo ad actum praesentem attinet, se
cum successoribus ac bonis suis quibusvis omnibus, totaliter et plenarie in-
corporando atque subiciendo, palam publice ac expresse reco-
gnovit. Quia ipse Nobili Paraszka Maitkowska Consorti suae legiti-
mae, eiusque posteris, summam triginta floren. pecuniae polon., ratio-
ne veri dotis et expeditionis, quae ipsam accepit, et in domum
suam importavit. Nec non aliam similem summam triginta floren.
pecuniae polon., ratione veri iusti et liquidi dotalitii, et super
tota et integra medietate bonorum suorum generaliter omnium
habitorum et in posterum habendorum, hereditariorum, obligatorum, mobilium
et immobilium, summarumque quarumvis pecuniariarum, nec
non auri, argenti, clenodiorum, vestium, vestimentorum, peco-
rum, pecudum, equorum, equitiarum, ac totius suppellectilis do-
mesticae, dat, dotat, dotalitiavit, inscripsit et reformavit, prout per
praesentes dat, dotat, dotaliat, inscribit et reformat. Per ipsam
Nobilem Paraszkam Maitkowska consortem suam [illegible] et ipsius
posteris, medietatem bonorum suprascriptorum suorum quorumvis omnium
Cum omni

Cum omni ipsorum iure Dominio et proprietate, omnibusque et
singulis Utilitatibus, fructibus, proventibus, redditibus, commodis, ac
emolumentis attinentiisque et pertinentiis quibusvis Universis, tenendi, haben
di, possidendi, pacifice et quiete utifruendi, et ad Usus suos suorumque
Successorum, quosvis beneplacitos libere et effectualiter convertendi,
more aliarum Resignationum, hactenus hoc diutius in Re
gno Poloniae observari solitarum, Hac sua praesenti personali re
cognitione ad praemissa omnia mediante.

Eorundem mutua Advitalitas.

3 Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren.
Capitan. Premislien. Nobiles Stecsko Bilinski [illegible] ab una,
et Parasca Maitkowska ab altera partibus, Maritus quidem solus per
se, Coniunx vero cum eodem Marito suo Tutore Coniugali assistente
sani mentibus et corporibus existentes a Terrestri Districtualibus Iuribus
Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo Prae
senti vero Iurisdictioni Castren. Capitan. Premislien. quoad Actum praesen
tem attinet, sese cum Successoribus actoribus suis quibusvis omnibus totaliter et
plenarie incorporando atque subiciendo palam publice ac per ex
pressum recognoverunt, et quilibet illorum seorsim suo pro interesse
recognovit, Quia ipsi mutuo et invicem, omnium et singulorum
bonorum suorum hereditariorum et obligatoriorum, Mobilium et im
mobilium summarumque pecuniariarum, Nec non auri Argenti
Clenodiorum, pecorum pecudum Equorum, Vestium Vestimentorum
ac totius Suppellectilis Domesticae, nunc habitorum et in posterum habendorum,
Mutuam Advitalitatem et Usumfructum ad tempora duntaxat Vitae
Suae extrema, inscripserunt, et concesserunt, prout per praesentes
inscribunt et concedunt, tali videlicet modo et ordine, Quod si prius
praefatum Nobilem Bylinski Maritum ipsius, quam praefatam Nobilem Mai
thowska

thowska suum ipsius mori contigerit. Extunc eadem Consors praedicta bo
na suprascripta hereditaria et obligatoria Mobilia et immobilia
summasque pecuniarias quasvis ac res suprascriptas omnes
praedicti Mariti sui derelictas, Cum omni eorundem iure Dominio ac
quavis praerogativa, Cumque omnibus et singulis bonorum eorundem ac
rerum Utilitatibus fructibus, proventibus, redditibus, commodis emo
lumentis attinentiisque et pertinentiis quibusvis Universis, tenebit, habebit
possidebit, Ususque pacifice et quiete utifruetur ad extrema vitae suae
tempora. Post mortem vero ac decessum de hac luce praedictae Consor
tis suae extunc bona suprascripta ac res omnes ad successores praedicti
Mariti sui sine quovis impedimento et contradictione Consortis suae
totaliter et plenarie devolvi debebunt, et devolventur. Et similiter si
prius praefatam Parascam Maitkowska quam ipsum Stecsko Bylin
ski Maritum suum mori contigerit Extunc ipse Maritus suus bona praefata o
mnia hereditaria et obligatoria summasque pecuniarias et res praefatas
post mortem eiusdem Consortis suae derelictas, Cum omni utpremissum est
iure Dominio. Nihil excipiendo obtinebit, possidebit Ususque utifruetur ad
extrema duntaxat Vitae suae tempora Post mortem vero eiusdem Nobilis
Bylinski Mariti sui bona praefata omnia ad successores praedictae Consortis suae
sine quovis impedimento et contradictione praefati Mariti sui eiusdem totali
ter et plenarie devolventur, devolvique debebunt.

Maitkowski Consorti Suae Reformat.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Pre
mislien. Nobilis [illegible] Maitkowski Kobylnica [illegible] sanus mente et corpo
re existens, a Terrestri Districtualibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibus
vis propriis et competentibus recedendo Praesenti [illegible] Castren. Capitan.
Premislien. Iurisdictioni quoad Actum praesentem attinet sese cum successoribus bo
nisque suis quibusvis totaliter et plenarie incorporando atque subiciendo pa
lam publice ac per expressum recognovit Quia ipse Nobili [illegible] Consorti
Coniugi suae dilectissimae eiusque Posteris Summam Viginti florenorum pec
uniae polonicae, ratione vero dotis et repromissionis post ipsam ac
[illegible] et in Dominum suum importatae Nec non aliam similem summam
Viginti florenorum pecuniae polonicae ratione vero iusti et liquidi dotalitii

inat